



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 13. Mors Cardinalis Brissoneti

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. statam faceret, cumulare posset. Nec
A.C. 1514. ipse vicissim benevolentiae memorem gra-
 tumque animum exhibere neglexit; Se-
 dis enim Apostolicæ auctoritatem adver-
 sus Pisanum Concilium strenue tuebatur,
 necnon in Lateranensi Synodo pacem in-
 ter Christianos Principes summo studio
 procurabat. Vulgo Finarii Cardinalis
 appellabatur, eoquod Galleatii filius, ac
 Alphoni I. Finarii Marchionis, Fabricii
 Carretti ordine quadragesimi secundi E-
 quitum Hierosolymorum Magistri, ac Lu-
 dovici seu Aloysii Cadurcensis Episcopi
 frater esset. Obiit Romæ hoc anno men-
 se Augusto.

§. XIII. Mors Cardinalis Briffoneti.

Paul. Jov. Die quarta Decembris itidem mortali-
Guicci. 1. 8. tatatem exuit Guilielmus Briffonetus,
& seq. alias *Cardinalis Maclovienensis* dictus, eo-
San-Marth. quod primo illius urbis Episcopus esset;
Galli. Christ. postea vero ad Nemausiensem, ac deni-
de Epis. Nar. que post Robertum Briffonetum ejus fra-
Rhem. tom. 1. trem sub annum Christi millesimum qua-
Lodevienf. dringentesimum nonagesimum septimum
& Meldens. ad Archiepiscopalem Rhemensem Eccle-
tom. 2. siam evectus fuit, unde etiam die vigesima
 Maji anno millesimo quadringentesimo no-
 nagesimo octavo Ludovicum XII. Gallia-
 rum Regem sacro oleo inunxit: anno tamen
 milli-

millesimo quingentesimo septimo & hemen- ^{saccul. XVI.}
 sem Archiepiscopatum abdicavit, Narbo- A. C. 1514.
 nensi præfектus. Exposcente Carolo VIII.
 eoque præsente consecutus est Guilielmus
 sacram purpuram, quam ipsemet Ale-
 xander VI. in publico Patrum Senatu ei-
 dem propria manu contulit. Is apud Ca-
 roolum, ejusque Successorem Ludovicum
 XII. Galliarum Reges plurimum gratia
 ac auctoritate valebat, suoque ministe-
 rio summa cum laude fungebatur. Ob-
 servant Paulus Jovius, Bembo Cardina-
 lis, & Guiceiardinus, Guilielmum Ca-
 rolo VIII. auctorem fuisse expeditionis
 in Neapolis Regnum suscipiendæ. Idem
 quoque in Pisano Concilio adversus Ju-
 lium II. vehementius agebat, quare ab
 eodem Pontifice dicta ei dies fuit, ut Ro-
 mæ se sisteret, cum vero contumax es-
 set, Cardinalatu privatus est. Cetera
 Vir erat rerum gerendarum dexteritate
 conspicuus, Literatorum fautor, ac Gal-
 lici nominis studiosissimus. Priusquam
 sacrâ innitiaretur, Rolletam Berneam
 uxorem habuit, ex qua duos suscepit fi-
 lios, Guilielmum Meldensem Episcopum,
 ac Dionysium Lodevensem Antistitem:
 Scripsit præter Enchiridion precum Chri-
 stianarum, qui libellus ei attribuitur, præ-
 ter Acta Synodi Maclovii habitæ, in qua
 urbe probitatis exemplo, ac Religionis
 Zelo clarus sedem figebat.